





1789.

- 1 \* Ackermannius : Actuatio XIII. p. 1. ex adversariis iuris iudicarii. Programma, quo ordinarius senior certique assessores fac. iur. memoriam Ackermannianam indicant.
- 2 \* Bestechoff : Actuatio XIII p. 2. ex adversariis iuris iudicarii. Programma, quo decani senior certique assessores qualiter facultatem membrorum Bestechoffianam indicant.
- 3 \* Morinus : Actuatio XIII p. 3. ex adversariis iuris iudicarii. Programma, quo ordinarius senior certique assessores fac. iur. memoriam Morianam indicant.
- 4 \* Grusfeld, Georgius, I.R.T. Comitis de : Impugnatio studii parlium Grusfeldi in foro male recepti. Programma, quo ordinarius senior certique doctores fac. iur. iuris Doctoralia Georgii I.R.T. Comitis de Grusfeld indicant.

1789 \*

5. Anandtius, Joannes Gorpens: (De Riputatione  
super causis illustribus a privato auctore cause  
initianda). Programma, quo ordinarius senior  
et ceteri doctores fac. iur. solennis Doctoralia  
Joannis Gorpens Anandtii indicant.

6. \* Silversteinus: Adversatio XIII p. 2 ex adversariis  
juri judicarii. Programma, quo triam facultatem  
Iuris seniorum et reliquias assessores memoriam  
Blumenthalianam indicant.

7. Uffell, Hermannus Corvinus ab: Collarium iuris  
Criminalis. XXV. Programma, quo ordinarius  
senior ceterique assessores fac. iur. solennis  
inauguratione Hermanni Corvini et Uffell indi-  
cunt.

8. Pfeiffer, Dr. iur. Dr. iur. spec. iur. pro cancellaria: <sup>14.</sup>  
Miscellaneorum Et iuris pertinentium Specimes III.  
Programma, quo solennis Doctoralia Christiani Ernesti  
Weizii et Joannis Gorpens Anellers indicit.

1789.

9. Baumgarten-Crusius, Gottlieb Augustus: De lege  
moralis Mosaica.

10. Brinckerus, Christianus Gottlieb: Historia et jura sap.  
principis Electoris Saxonicis et Archimarchallatus  
Reip. Romanae imperii

11. Caribus, Carolus Fridericus: De finibus exceptionis  
legis strassianae cuncte regundis

12. Green, Augustus Frederic. Lydius mundus, pacificus processus  
collamus: Observamus heres factum de fundi in  
pugnare possit? Programma, quo saluenda docta  
ratio Corilli Augusti Sathleri indicat.

13. Hanboldt, Christianus Gottlieb: De consistorio  
principium iuris Romanis publicis.

14. Hoddler, Christianus Henricus: De publicatione  
bonorum ob desertionem a militia.

15. Lüttichau, Iacobus Otto: De recursus a supremis  
imperii Romano-Germanici tribunali bus ad coni-  
bia genuis fundamen<sup>to</sup>.

1789.

16. Mueller, Iohannes Gottlieb: De fine primariarum  
precium ejusque exercitio. Spec. 2.

17. Mueller, Iohannes Gottlieb: De fine primariarum  
precium ejusque exercitio. Spec. I.





1789, 1.

ORDINARIUS  
SENIOR CETERIQUE ASSESSORES  
FACULTATIS IURIDICAE LIPSIENSIS  
MEMORIAM  
ACKERMANNIANAM

DIE XI. FEBR. A. CCCLXXXVIII

HORA IX.

IN AUDITORIO SVO  
RECOLENDAM  
INDIVUNT

---

INEST  
EX ADVERSARIIS IURIS IUDICIARII  
ADNOTATIONIS DECIMAE TERTIAE  
PARS I

OLDINARIAS  
SENIOR CERTIDAE ASSISTORIS  
TACITATIS INVIDICIVI PISPINIS  
МАГИМ  
АКРЕМНИАНАМ

ДИКИЧЕСКАЯ  
ЛЮДИ  
ОУГОИОГАУЛН  
МАСИИСИ  
ТЮДИСИ

---

ДИКИЧЕСКАЯ  
ЛЮДИ  
ОУГОИОГАУЛН  
МАСИИСИ  
ТЮДИСИ

---

EX ADVERSARIIS  
IVRIS IUDICIARII

ADNOTATIO DECIMA TERTIA

AD SPORTVLA RVM TABVLAM SAXONICAM

P A R S I

---

**A**d ius iudicarium, super quo per quatuor abhinc annos, depromendo ex aduersariis adnotaciones, data subinde ad scribendum occasione commentati sumus, procul dubio etiam *Sportulae* in iudiciis soluendae pertinent, earumque modus in petendo. Est vero inter reliquas Saxoniae nostrae felicitates et haec non minima, quod ista quoque res a seculis inde maximopere occupauerit legislatoriam potestatem ad cohibendam eorum intemperantiam, quibus sportulas exigere permisum. Sunt vero eiusmodi leges vel generales anno 1612. 1642. 1724. et 1764. omnibus ac singulis iudicibus eorumque ministris, nec non cau-  
sarum patronis latae; sunt vero etiam quaedam singulares, per quas singulis quibusdam vel iudicibus, vel qui iudicium speciem prae se ferunt, modus in sportulis exigendis positus est atque praescriptus. Sic iam anno 1543. in Ordinatione prouinciali nec non in peculiari tabula Resolutionibus Grauaminum de a. 1661. adiecta, ipsi Cancellariae, sic Senatui, coram quo prouo-

A 2

catione

catione certatur, in simili tabula legi huius iudicij de a. 1734. addita, sic recentissime a. 1783. Curiis provincialibus, sic Cancellariae episcopatus Misnenensis, quae est Wurzenae, eodem anno, sic Superintendentibus et Inspectoribus ecclesiasticis anno 1768. sic receptoribus, reuisitoribusque steurarum a. 1773. sic denique iudicibus militaribus (*denen Auditeurs*), vt videri potest in HOFFMANNI *Codice militari* p. 869. norma data. Soli iudices chartularii, quos Notarios vocant, a sportularum taxa haec tenus immunes fuere, ita vt hucusque nonnisi ad similitudinem verorum iudicium diiudicari potuerint. At, quemadmodum, qui in eiusmodi sportulis regundis quotidie versantur, bene sciunt, quanta hic quasi concordia sit discordantium canonum, profecto quam maxime optandum foret, et horum cupiditati per singularem aliquam legem aliquando obuiam itum iri. Eadem medicinam Legislatores nostri Lusatiae Superiori propinarunt, dum illi non solum anno 1674. taxam Cancellariae Praefecture Superioris Praefecturisque Budissini et Gorlizii *C. A. T. III.* p. 271. nec non a. 1768 iudicis pagorum patrimonialibus sportularum regulam. *v. O. Lauf. Collect. Werck. T. III.* p. 16. sed etiam an. 1752. vniuersae Lusatiae similem sportularum criminalium legem *v. ibid. T. I.* p. 316. dedere. Lusatia Inferior caret quoad iudices sportularum lege a superiori profecta atque eatenus nonnisi more recepto regitur. Aduocatis tamen aliqua regula data, ea que appensa Ordinationi Aduocatorum sub die Dobrilugii d. 6. Sept. 1672. publici iuris facta; quam et nunc obseruare debent,

debent, eumque in finem singulis aduocatis sub muneric ini-  
tium exemplum descriptum dari solet.

Inter omnes vero leges sportularias, quas mox nominaui-  
mus, sine omni dubitatione illa de anno 1764 principatum  
obtinet, non solum in primis amplitudine sua et generaliori  
vsi, verum etiam tum quatenus noua habet ac priorem de an-  
no 1724 hinc inde correxit, tum quatenus eam retinuit.  
**Quamuis autem** vtraque haec in plerisque positionibus lucida  
sit et clara, nihilominus tamen quotidiana experientia docuit,  
aduersus nullum praeceptum cupidius peccari, quam contra  
hoc, cuius rei omnis fere excusatio in mala interpretatione  
quaeri solet, quam saepissime iniusta lucri auaritia, rarius vero  
ignorantia parit. Quapropter haud abs re facturos esse arbitramur,  
quodsi et nunc imposita scribendi necessitate, et mox forte  
simili subinde occasione verum sensum multorum eiusmodi  
positionum ostendendo, eumque aut ipsa authentica interpre-  
tatione, aut dicasteriorum receptis opinionibus corroborando,  
iudices probos et titubantes confirmemus, improbos ac aui-  
dos in viam reducere conemur. Etsi enim, quod ingenuo  
fatemur, ista interpretatio authentica non legibus publice pro-  
mulgatis sit superstructa, sed rescriptis ad singulos tantummodo  
praefectos, magistratus vasallosue datis fundata, tamen etiam  
ex his voluntas legislatoris intelligi poterit, et sane eadem vti-  
litatem legisque vel similitudinem vel praesumptionem praebere  
poterunt, ac faciunt paria rescripta singularia hinc inde in Co-  
dice Augusteo dispersa.

A D  
M A N D A T U M E L E C T O R A L E

D. D. 20. FEBR. 1764.

*Tabulae sportularum de eodem anno praemissum.*

*ad pag. 4. verbis: vermoeg der erbregister vorhandener receſſe  
— als commoda iurisdictionis rel.*

*ad pag. 5. verbis: statutis, erbregistern, rel.*

Distingue igitur inter commoda fructusque iurisdictionis, circa quae vel statutis vel pactis vel consuetudine vis sua in utilitatem dominorum iurisdictionis restituta est, atque inter ipsas sportulas, quales nullae aliae nec nouae nec veteres, nec in maiori summa quam quae in tabula sportularum publica permisae ac diserte nominatae inueniuntur, postulari queunt. In his itaque nec pacta quicquam valent, nec statuta, etiamsi ante a. 1724. iam adfuerint; nec interest, quamuis ab ipso Regimine Electorali confirmata sint; id quod patet ex rescripto quodam regio ad Praefecture Wiesenburgensis praepositos dato d. 7. Nou. 1724. *Allermaßen nun dasjenige, was in unserm zu publicirung ermehrter neuer taxordnung mit ins land ergangenen mandate, §. 15. enthalten, allerdings auch von solchen verglichen, welche vor unserer landesregierung aufgerichtet worden, wir zu verstehen, als habet ihr, des von euch angerogenen receſſes de a. 1675. ungeachtet, hierunter*

ter

ter gleichfalls schlechterdinges auch der neuen taxordnung gemäß zu bezeigen etc. vor eintragung einer vormundschaftsrechnung aber in das vormundschafts- buch, da dergleichen nöthig, ein mehreres nicht, als die gewöhnlichen Copialien, gefordert werden mögen, hingegen wir geschehen lassen können, daß vor einrichtung eines contracts, wenn solcher auf derer partheyen verlangen, von denen gerichten versorgt wird, an noch eben so viel, als für dessen confirmation genommen werden dürfe.

*Ibid. ad verb: keinesweges zu behelfen.*

Hic obserua, idem non solum in terris hereditariis Electoris Saxoniae, verum etiam in episcopalibus Saxoniciis obtinere, id quo egregie illustratur rescripto concilii sanctioris d. 1. Febr. 1725. missio administratoribus episcopatus Numburgensis. Die zur interimsverwaltung der stiftnaumburgischen regierung zu Zeitz verordnete canzler und räthe haben aus der abschriftlichen anfuge mit mehrern zu ersehen, was sich der amtmann zu Naumburg bey der ohnträglich im stiftse publicirten neuen sportultaxe vor dubia gemacht, und wie derselbe um verhaltung befehl allerunterthänigst anfraget. Gleichwie nun das in seinem memorial beschene anführen, daß die bisherige taxe des amts Naumburg von vielen jahren her dafelbige eingeführet, auch aufs neue a. 1717. approbiret worden sey, von selbst hinweg fället, da in der letzten taxordnung und in dem darbey befindlichen mandate §. 15. ausdrücklich versehen, daß wieder dieselbe keine gewohnheit und observanz gültig seyn sollte, wannenhero auch die beamten in andern üntern, wenn sie sich gleich auf die vorigen taxen beruffen, nichts desto weniger zu beobachtung der neuen taxordnung schlechterdings angewiesen wor den,

den, und übrigens dasjenige, was von dem ambmanne angerzogen wird,  
ob wären in dem amte Tautenburg die eingeführten gebühren vor verfer-  
tigung eines kaufes an 1. thl. von jeden 100 thl. noch ferner zu nehmen  
gestattet worden, hieher keinesweges applicabel, immassen es damit die be-  
wandniss hat, daß dieser thlr. von hundert nicht als gerichtsporteln oder  
confirmationgebühren, sondern als ein lehngeld entrichtet und verrech-  
net, durch die neue tax.-ordnung nicht aufgehoben sind etc.

Ihro Königl. Maj. in Pohlen in Dero Chur-  
fürstenthum Sachsen verordnete Euani-  
geliſche Geheimde Rüthe.

## AD TITVLVM I.

*von denen in gerichten vorfallenden gemeinen haendeln.*

*ad no. 2. vor verpflichtung eines neuen unterthanen auf dem lande, rel.*

Haec taxa ita intelligenda, vt pro formula iuramenti atque pro registratura de iurando simul detur; vnde factum, quod cum a. 1777. quidam iudicij director pro ista registratura adhuc tres grossos peteret, Scabini Lipsienses, id iure non fieri, m. Octobri d. anni in sententia ad praefectum Chemnicensem missa, putarent.

*ad no. 6. kundſchaft oder abzugisbrief.*

id est, attestata iudicialia, quae dari debent inquilinis vel potius singulis subditis, qui alias iurisdictionis fines querunt, de eorum hac vsque vita peracta, ex legis praescripto, nempe ex Ordinatione prouinciali d. a. 1482. ac Resolutionibus Grau. de a. 1612. tit. v. rentsachen §. 25.

*ad*

*ad no. 7. vorschrift an andre gerichte*

id est, litterae intercessionales, quomodo appellantur in tabula  
sportularum antea memorata, data Superiori Lusatiae a. 1674. tit.  
XIV. vnde quidam iudices male hanc taxam ad litteras requisi-  
toriales, imprimis in causis criminalibus applicant.

*ad no. 9. vor bestaetigung eines vormundes rel.*

Quando in vna registratura vel vno tutorio plures tutores curato-  
resue constituuntur, taxa hic permissa toties multiplicatur, quot  
sunt tuendi vel curandi, id quod patet ex rescripto ad praefectum  
Schwarzenbergensem d. 12. Apr. 1728. *Was bey uns der stadt-  
richter zu Scheibenberg Iohann Ernst Beuther und der stadtchreiber Io-  
hann Siegmund Abendroth allda etc. 1) wegen derer eod. tit. n. 9. seqq.  
vor die vormundschaftsbestaetigungen geordneten gebuhrn, allerunter-  
thaenigst vorgestellet, und wie uns sie um unsre erlaeuterung hieruber  
geziemend angelanget, solches ersehet ihr aus dem inschluss mit mehrern.  
Wie nun, ingleichen quoad 2) vor eine jede vormundschaftsbestaeti-  
gung, wenn solche registriret und eingetragen, oder wenn ein schriftli-  
ches tutorium oder curatorium daruber ausgefertigt wird, auch in dem  
fall wenn dergleichen ratione verschiedener personen in eine registratur,  
oder in einen schein gebracht, respectu eines jeden, welchem ein oder meh-  
rere vormuender bestaetigt, so viel als in befagtem tit. I. §. 9. et seqq.  
nachgelassen ist, gefordert und genommen, jedoch wenn es verlanget wird,  
vor einen jeden derer selben ein besonderes tutorium oder curatorium er-  
theilet werden soll; Als ist hiermit unser begehrten, ihr wollet euch dar-  
nach achten, und die supplicanten dessen also bescheiden.*

B

Notan-

Notandum quoque, quando tutores constituuntur, scabini pro assessura nihil deberi. Etenim falsa opinio est eorum, qui ipsos nulli plane negotio sine emolumento assidere debere autumant; potius eo firmior stat regula raro fallens: eos nihil omnino petere posse, ubi iis in tabula sportularum nihil adscriptum est. Quae regula, in primis lege praeliminari de a. 1724. fundata, non solum nusquam est mutata, sed etiam non parum confirmatur rescripto a legislatore Saxoniae d. 5. Ianuar. 1729, ad nobilem de Schoenberg, tanquam dominum Wilsdorffensem dato, sequentis tenoris: *Uns ist aus deinem und deiner gerichte zu Wilsdruff, erstateten unterhaenigsten berichten vom 9. december und 22. jan. vorigen jahres vorgetragen worden; wasmaessu sich einige einwohner in Porsdorf bey dem gehaltenen schreibe - oder gerichtstage, denen darbey gegenwaertig gewesnen drey gerichtspersonen ihre gerichtsgebühren, so sie sonst jederzeit bey verschreibung eines termin-geldes gehabt, zu bezahlen sich verweigert haetten, weil darvon in unsrer neuen taxordnung nichts enthalten waere; Allermaassen nun bey sothaner bewandtnis ermeldten gerichtspersonen dergleichen gebühren nicht zu reichen sind, noch paßiret werden koennen: Als ist hiermit unser begehrten, du wollest selbige, daß sie zuwieder jetzt angezogener unsrer taxordnung solcherley gebühren nicht weiter fordern sollen, dessen bedeuten, und das sonst noethige hierzu behörig verfügen.*

De reliquo etsi hanc nostram sportularum legem iudices in Lusatia Inferiori sequi non solent, ut iam supra p. IV. animaduertimus, tamen taxa, quae hic a no. 9. vñ que

que ad 14. proponitur non minus in ista prouincia obseruanda est, id quod iussit Elector noster Serenissimus Mandato d. d. Lübbenae d. 8. Dec. 1783. quo legem tutelarem, de qua antea diximus, sub dato d. 10. Oct. 1782. in terris hereditariis promulgatam, etiam in Lusatia Inferiori pro lege vniuersali custodiri, paucissimis mutatis, voluit.

*ad no. II. vor abnahme einer vormundschafstsrechnung.*

Totidem peti potest quoad rationes vniuersitatum, *für abnahme einer gemeinderechnung*, vti receptum in F. I. Lips. et ita iudicatum meminimus.

At ipsas rationes tutelares in peculiarem librum, vbi moris est, referre, *in das vormundschafstbuch zu tragen*, gratis fit, solis copialibus exceptis. Ita rescriptis Potentissimus praepositis praefecturae Wiesenburgenis d. 7. Nov. 1724. vt iam supra ad p. 5. mandati praeliminaris exhibuimus.

*ibid. ad verb. so lange, bis bey der künftig zu publicirenden vormundschafstsordnung, rel.*

Per hanc legem tutelarem, quae nemine non fatente pro specimine perfectae iurisprudentiae legislatoriae habenda est a. 1783. publici iuris factam, sunt etiam quaedam circa sportulas mutata. Nempe capite XXVI. primum postulat Princeps, vt eae relationes, *Anzeigen*, quas aut de omissa obsignatione facultatum defuncti, cui liberi sunt imperfectae aetatis, aut de hominibus sui iuris bona propria perdentibus aut de parentibus filiorum facultates dissipantibus capite

XI. §. 2. capite XXII. §. 6. et capite XXIV. §. 10. fieri iubentur, gratis expediantur, deinde, ut itidem iudices pro afferuandis pecuniis rebusue pretiosis pupillorum sportulas, *Depositengeschäften*, vel absque superiorum permisso nullas vel his approbantibus non nisi consuetis dimidias atque adeo circa omnem rem tutelarem, quando tuendi facultates ducentos thaleros non superant, nihil omnino, reuocatis etiam copialibus usque ad dimidiad partem, ac si quingentos thaleros non excedunt, dimidias tantummodo sportulas accipient; vnde hodie loco taxarum sub no. 11. 12. et 13. ad summum pecuniae dimidiae peti possunt; quod tamen ad no. 14. quia hoc post finitam demum tutelam accidit, vix applicandum videtur.

Plura habemus in promptu, quae circa sequentes numeros hic addere possemus et rescriptis et dicasteriorum responsis confirmanda. At quoniam, in primis dicenda ad no. 15. ita cohaerent inter se, ut vix diuelli possint, cogimur hic subsistere, et reliqua ad proximum differre.

**N**unc igitur veniamus ad id, quod huic scriptio[n]i occasionem dedit, nempe oratio in memoriam b. ACKERMANNI habenda. Hic enim, mercator olim inter nostros non ultimus, exemplo suo, Themidem at-

que

que Mercurium non esse sibi inimicos, sed saepe amico foedere iungi, moriens docuit. Etenim yclima voluntate sua non solum iurisperitum, eo tempore haud incelebrem, pro parte heredem scripsit, verum etiam quantum ipsam iurisprudentiam atque adeo Ordinem nostrum ipsum amaret, eo ostendit, quod non solum, ut sub huius collatura iuris studiosi annuo stipendio post mortem suam adiuuarentur, legato haud tenui efficeret, verum etiam conditionem adderet, ut, qui patres haberent vel habuissent Facultatis Iuridicae assessores, hi reliquis omnibus anterentur. Talis igitur cum sit IOHANNES GEORGIVS AVGVSTVS WILCKE, Lipsiensis, Legum diligens cultor, haud dubitauimus, hoc beneficium in ipsum rogantem conferre. Ipse vero huius ACKERMANNI memoriam liberalitatemque sequenti die XI. Februario in auditorio nostro celebrare constituit, praemissa oratiuncula *de rationario Imperii, cuius sub Augusto prima mentio fit.*

Quae celebritas cum eo maior sit futura, quo frequentior et splendidior numerus auditorum erit, rogamus quam obseruantissime RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICVM, COMITES ILVSTRISSIMOS, ac VTRIVSQVE REIPUBLICAE PATRES CONSCRIPTOS, CIVES denique ACADEMIAE GENEROSISSIMOS et PRAENOBILISSIMOS, ut per praesentiae suae

XIII

frequentiam, se tum litteris, tum jurisprudentiae, tum Ordini nostro,  
tum ipsi oratori fauere ostendant. Scrib. Domin. Septuages. anno  
CICCCCLXXXVIII.

---

LITTERIS SAALBACHIIS.







vD 18


ULB Halle  
005 475 171

3





**Farbkarte #13**



1789, 1.

ORDINARIUS  
SENIOR CETERIQUE ASSESSORES  
FACULTATIS IURIDICAE LIPSIENSIS  
MEMORIAM  
ACKERMANNIANAM

DIE XI. FEBR. A. CCCLXXXVIII

HORA IX.

IN AUDITORIO SVO  
RECOLENDAM

INDICVNT

---

IN EST  
EX ADVERSARIIS IURIS IUDICIARII  
ADNOTATIONIS DECIMAE TERTIAE  
PARS I